



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

V. In particulari iam ostenditur, quid vnio & charitas fraterna à nobis exigat, & quid eidem conseruandæ conduceat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40072**

ego, inquit, laui pedes vestros Dominus &  
Magister, & vos debetis alter alterius lauare  
pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quem-  
admodum ego feci vobis, ita & vos faciatis  
inuicem, & humilitate & charitate alter  
alterum adiuuetis & ministretis.

## CAPUT V.

In particulari iam ostenditur, quid  
vno & charitas fraterna à nobis  
exigat, & quid eidem conser-  
uanda condu-  
cat.

L.Cv.13.4. C H A R I T A S patiens est, benigna est,  
charitas non amulatur, non agit perpe-  
ram, non inflatur, non est ambitiosa, nō qua-  
rit qua sua sunt. Omnia scilicet virtu-  
ritati conser- tum exercitum vno & charitas fraterna  
nande neces- postulat: nihil quippe aliud eam impedit  
saria. aut oppugnat, quāluperbia, inuidia, am-  
bitio, impatiētia, amor proprius, immor-  
tificatio, aliquę id genus aduersarij. Pro-  
inde, vni ea nos conseruemus, virtutum  
contrariarum exercitum requiritur. At-

que hoc est, quod prioribus illis verbis  
nos docet Apostolus; quare aliud hic o-  
pus non erit, quam paucis ea declarare.  
Charitas patiens est, benigna est. Duo hæc,  
pati, & omnibus benefacere, ad hanc v-  
nionem & mutuam inter nos charitatem  
conseruandam permagni momenti sunt,  
& in primis necessaria. Nam, quia homi-  
nes fūmus, & defectibus & imperfectio-  
nibus pleni, hinc nimis quam multā alijs  
nos patiendi occasionem damus: & quia  
ex altera parte tam debiles & inopes su-  
mus, opus habemus ijs, qui nos adiuuet,  
& obsequiū aliquod p̄fert. Per quæ duo  
Apostolus alio loco & charitatem cōser-  
uandam, & Domini de ea p̄ceptum ad-  
implendū ait, inuicem sc̄iuando & sup-  
portando: Alter alterius onera portate, &  
sic adimplebitis legem Christi. In quæ verba

L.Cv.13.4. scribens August. egregia id declarat simili-  
tudine. Naturalium, inquit, rerum scri-  
pores tradunt, ceruos, quando flumen  
de rīb. Ap. 10. serm. 21. in l. 14. c. 23. aut fretum, ad insulam aliquā pascuorum

gratia transiunt, hac vt in industria solere- Ceruorum in  
Quod enim graue cornuum opus capite trajeendo  
gestent, sic feriatim alter post alterum se industria.  
in aquas coniciunt, vt sua quisq; cornua  
ceruice porrecta tergo anterioris impo-  
nant; ita se suo exonerantes, & inuicem  
in alieno fundo adiuuantes. Adeo vt o-  
mnibus onere proprio carētibus, & alte-  
rius id tergo imponentibus, solus ductor  
cæteros p̄cedens, cornutū caput in aera  
sustollat, hunc libenter laborem portans,  
quo socios, qui sequūtur, alleuier. Ne ve-  
ro & hic p̄animio labore in nando fati-  
scat, mutant subinde vices, & qui ante a-  
gmē ducebat, ipsum mox claudit, in cuius  
locum ad tempus succedēt eo, cuius fe-  
rebar caput, cum ipse p̄iret itaq; tandiu  
stations cōmutant, donec continentem  
attingant. Pari modo & nos alter alterum  
iuuare & supportare debemus; & quisq;  
sociū exonerare, & a labore prout potue-  
rit, liberare. Hoc scil. poscit charitas: la-  
bore autē fugere, & onus in alterius hu-  
meros coniūcere, charitatis defectum ar-  
guit. Quo enim plus p̄stiteris, plus me-  
reberis: tibique vni laboris merces cedit.

Addit eo loco Augustinus, è nulla re  
melius charitatem fraternalm probari &  
colligi, quam ex patienti imperfectionum  
& importuniorum grauaminum proximi  
tolerantia. Supportantes inuicem in chari- Ephes.4.2.  
tate: solliciti seruare unitatē spiritus in vin-  
culo pacis. Et, Charitas omnia suffert, omnia  
suffinet: & per hoc ipsa in vigore suo ma-  
net. Si enim patienter supportare, & fra-  
tres tuos tolerare nescis, certus esto cha-  
ritatem hanc diuturnam nō fore, et si alia  
quælibet eius conseruandæ media, ratio-  
nes & remedias usurpes. Si enim amor na-  
turalis & carnalis infirmi ineptias & im-  
perfectiones suffert (vt in matrefamilias  
filio aut coniugi ægrotanti ministrante  
videre est) æquius multo est, vt spiritua-  
lis charitatis amor fratum nostrorum  
importunitates, imperfectiones, & in-  
firmitates pati & tolerare norit. Memi-  
neris autem, ait Augustinus, hocce cha-  
ritatis officium & exercitium non fo-  
re perpetuum; in alia siquidem vita nihil

erit quod patiamur, nihil quod in fratribus nostris toleremus: propterea, inquit, feramus eos in hac vita, ut æternam illam vitam consequi mereamur, nec oblatam occasionem de manibus excedere patiamur; labor quippe futurus est breuis, merces vero & præmium, quod sic meremur, perpetuum. Duo porro hæc, sufferte nimitem & suppor-tare fratres, dein eos adiuuare & bene-facere, tanti momenti sunt, ut dicere Au-gustinus non vereatur, in duobus his totius vitæ Christianæ compendium con-tineri. Nec sine ratione. Vita quippe Christiana omnis super charitatem fun-data est, & in ea vniuersa lex, teste Christo Redemptore nostro, inclusa est: ac proinde, quod charitatis est summa & compendium, id & vitæ Christianæ esse censeo.

*Matt. 22.40.*

Sequitur apud Apostolum Paulum: *Charitas non inflatur, non est ambitiosa.* Consentit ei Ambrosius, dicens: *Amicitia & amor nescit superbiam vel arrogan-tiam;* quin potius magna, inter inui-cem amantes, æqualitatis causa est, & idcirco Sapientem dixisse vult: *Amicum salutare non confundar.* Inter amicos quip-pe non adeo certatur de præminentia, nec respicit amicus, vtrum alter sein fa-lutando præuerat, nec ne: neuter eorum erubescit amicum honorare, & in eo i-psum præuenire. Inter amicos namque mera viget æqualitas, & sincera simpi-citas: nescit enim amor præminentias & superioritates. Vnde bene Aristote-les: *Amicitia debet esse inter aequales.* Et Poetæ:

*Non bene conueniunt, nec in una sedemo-rantur*

*Maiestas & amor.*

Regem agere, & auctoritate pollere, & si-mul amicitiam colere, simul non con-fi-stant. Si veram amicitiam inter te & ami-cum esse velis, humilis, demittas, & ami-co te aeques necesse est. Amicus namq; est alter ego. In ipso etiam Deo amor, quo ho-mines prosecutus est, tantum potuit, ut cum se humiliare, & hominibus æquare

cocgerit. Ideo quippe Angelis se minor-em reddidit: *Minus si eum paulo minores ab psalmis Angelus, & non nisi similis, factus est homo: Et homo factus est.* Vnde nobis ait: *Iara non Symbo dicam vos seruos, sed amicos;* quod nomen Appellat quondam æqualitatis speciem significat. Considera hic, obsecro, affectio flosca le-su Christi viscera, nempe quod, cū in au-lis fæculi huius, Regis ipsius amicu-ne-mo esse dicatur, et si altoquin ipse vir-maginus sit, imo Marchio vel Dux; sed tan-tum Regis appelletur intimus & familia-ris (quod nomen *amicus* quondam æqua-litatis speciem denotet.) Infinita tamen illa Dei Ter maximi Maiestas ita se nobis Amici familiarē reddere volgerit, tantoque nos sit amore prosequuta, ut iam non seruos nos dicat, sed amicos, qui quolibet tempore ipsum alloqui possumus. Simili ergo modo charitas hic in Reli-gione nou tam scire debet, quid sit super-bia & arrogantia, quam magnam quan-gam æqualitatem & sinceritatem in ani-mis omnium generare. Hac que ipsa æqualitas (que quidam amoris effectus est) ad charitatem vniōnemque cum con-leuandam, tum adaugandam quammaxi-me confert: vna quippe alteri adminicu-latur. Vnde etiam euidens signum est, cum humilitas & sinceritas hæc in omni-bus domesticis viget, magnam ea in communitate dilectionem, vniōnem fra-ternitatemque vnicordem efflorescere. Atque ideo etiam (que Dei bonitas est) vi-demus in Societate nostra, sicut in ea charitas fraterna misericordie elucet, ita æqualitatem hanc, & sinceram simpi-citatem inter omnes effulgere; unoquoque scilicet procurante atq; optante posteriori par-tes alii deferre, omnes in animo suo tanquam fæbri superiores ducent: quique in mundo (vt ait Augustinus) aliquo apud suos loco erat, maiorem honorem ac voluntatem e suorum fratum pauperculorum com-mercio capit, quam ex omni parentum suorum opulentorum dignitate ac nobilitate. Nihil enim, præter vnam virtutem, magnificat & estimat, cætera vero vice triplemata proculat.

Quan-

Quantopere hoc ad charitatem conservandam conduceat, notatis his verbis S. Ambrosius: *Multum ad conservandam & roborandam dilectionem valet, cum secundum doctrinam Euangelicam inuicem se homines honore preueniunt, & alter alterum superiorum existimantes, amant, seruire subiecti, & nesciunt tumere Pralati: cū & pauper diuitem non sibi dubitat anteferri, & diues pauperem sibi gaudet & queri: cum & sublimes non superbiunt de claritate prosapia, & pauperes non extolluntur de communione nature, aut profissionis: cū denique non plus tribuitur magnus opibus, quam bonis moribus; nō que maior ducitur phalerata iniquorum potestia, quam rectorū iinhonora iussitia.*

## CAPUT VI.

*De aliis duabus rebus, quas charitas & unio fraterna à nobis exigit.*

CHARITAS, inquit Apostolus, non emulatur: imo vero qui ex animo & sincere alium amat, non minus eius bonum querit, coque ita gaudet, ac si proprium foret. Probat hoc Augustinus, exemplum Ionathae & amoris, quo is Davidem prosequebatur. Nam de eo sic scribitur: *Anima Ionathae conglomerata est anima David, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam, erantq; ambo vnicordes & vnamimes: atq; inde factum, vt, cum Ionathas filius esset Regis, Davidi tamen regnum potius, quam sibi optaret, dicens: Tu regnabis super Irael, & ego ero tibi secundus.* Bono scilicet Davidis ita Ionathas gaudebat, quasi si proprium fuisset.

Aliud item sancti Patres exemplum adferunt, quo hæc charitatis proprietas & effectus magis declaratur. Sic ut beatitudo, inquiunt, in celo inuicem non inuident, quod unus alio maior sit, sed, si fieri posset, maiore singulos gloria donari vellet, quinimo suam cum illo diuidere, & minorem in gloria sibi in ea aequalē, vel etiam maiorem reddi: ita namque aliena quislibet gloria gaudet, & si propria foret. Neque vero id intelle-

ctu difficile est: si enim naturalis matrum in hoc mundo amor tantus est, vt ita filiorum suorum bono ipse gaudeant, ac si proprium & suum foret, quanto id magis faciet amor ille cœlestis, tanto naturali excellentior ac perfectior? Pari modo amor & charitas in nobis efficere debet, vt tantum fratrum & proximi bono latemur, quantum si proprium esset: is namque proprius charitatis effectus est. Quo autem ad hoc faciendum magis prouocemur & animemur, notat

Augustinus, ipsum bonum alienum charitate & amore nostrum fieri, ita quidem, vt nihil illi de suo auferamus, sed

*Homil. 15. ex. 50.* tantum latemur & exultamus. Neque vero mirum id est: si enim peccatum alienum amando, coque latendo, quis id suum facit, quia Deus eorū respicit,

quid mirum, si bonum alienum amando, coque gaudendo, ipsum quoque in se transcribat? Præsertim cum Deus promptius sit ad præmiandum, quam ad castigandum. Consideremus porro hoc loco hinc, quanta charitatis sit excellentia, quantumq; ex ea nobis lucrum accedit;

cum eius adminiculo omnia fratrum nostrorum bona opera in nos transcribere possimus, ijs tantum gaudendo, & in ijs complacendo; & quidem maiori securitate, quam nostra propria: ex illis quippe vana non solet sequi gloria, sicuti è proprijs. Illinc vero è contrario consideremus, quam sit inuicem noxia & perniciosa, cum per hanc alienum bonum fiat proprium malum, vt discamus scilicet & hanc cauere, & illam amplecti

Hinc sequitur alterum, quod de charitate addit Apostolus: *Charitas non est 1. Cor. 13. 5. ambitiosa, non quaritqua sua sunt: quia qui alienum bonum dicit ut propriū, & tam Amor pro eo latetur quam proprio, longissime ab prius charitatem venientem distat. Nihil est, quod dilectionem num.*

magis oppugnet; nihil quod hanc vniō nem magis impedit, quā amor proprius, & quod scipsum sua cōmoda & utilitates quis querat. Atque hac de causa B. N. P. 8. p. cont. amorem proprium grauiſſimum & capi- 5. 2. talem omnis ordinis & vniōnis hostem appell-